



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 34. Moronus & Cardinalis Columna Papæ reconciliati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

Sæcul. XVI. dextre sese servituti opportuna fuga e.  
A.C. 1527. ripuerint.

## §. XXXIV.

*Moronus & Cardinalis Columna Papæ reconciliati.*

*Paul. Jov.*

*l. 25.*

*Rayn. annal.*

*ann. 1527.*

*n. 46.*

**H**is ita constitutis Pontifex, cum nihil ultra sibi metueret, duos Viros, qui tum apud Cæsareos Belliduces plurimum auctoritate valebant, sibi concilia-re nitebatur. Hi erant Cardinalis Col-  
lumna, & Moronus Cancellarius Vir optimis consiliis plenus, qui non sine exercitus dispendio rebus suis consuluit, Iubensque pro filio suo Mutinensem E-  
piscopatum, pro semetipso autem quod-  
dam jus acceptavit, vi cuius ex frumen-  
to in Castris novi ditione collecto ve-  
ctigal exigere poterat. Cum vero Car-  
dinalis Columna ab omni avaritiæ spe-  
cie alienus esset, hunc sibi alia via de-  
mereri studebat Pontifex. Vocabat il-  
lum igitur primo ad officiosam quam-  
dam salutationem, postmodum eidem secreto colloquens, tibi, inquit, liberta-  
tem meam in acceptis referre volo, ut  
universus orbis testari valeat, quod, si-  
cut Pontifices a Columnensibus olim  
depressi dicebantur, ita & ab iisdem pri-  
stino dignitatis splendori restituti au-  
diant. Hæc verborum lenocinia tam  
poten-

*Claeon. 10. 3.*

potenter Cardinalis animum devincie- Sæc. XVI.  
A.C. 1527.  
bant, ut pro ejus libertate se extrema  
quæque tentaturum polliceretur, in cu-  
jus beneficii memoriam summus Pon-  
tifex eidem amplissimam status Eccle-  
siastici Præfecturam promisit, quæ tum  
haud alia erat, quam Marchiæ Anco-  
nitanæ legatio. His itaque favoribus  
devincti Moronus æque ac Columna  
Pontifici auctores erant, ut cum exer-  
citu de libertatis conditionibus ageret,  
nec moleste ferret, quicquid demum  
subscribere compelleretur, dummodo ex  
arce S. Angeli, ubi jamjam pestis gras-  
fabatur, liber dimissus, Urbevetum, Spo-  
letum, aut Perusium deduceretur, atque  
inde honestum fugiendi obtentum ac-  
quireret.

### §. XXXV.

#### *Conditiones a Cæsare pro Pontificis liberatione præscriptæ.*

Igitur Moncada cum Clemente Ponti- Guicciardini l. 18.  
Ciacon. to. 3.  
P 447.  
fice pactum init, cuius summa hæc  
erat: Papa circa Neapolin ac Mediola-  
num nihil contra Cæsarem molietur;  
in Hispania pro bello sacro stipendia, in  
aliis vero ejusdem Regis ditionibus de-  
cimas concedet; Carolo V. relinquet  
civitatem veterem, Ostiam, urbem Ca-  
stellanam, arcemque Foroliviensem;

P 5                   præ-